



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitula data Presbyteris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

parochia secundum canonicam institu-
tionem Presbyteros ordinari faciat.

De ingresso in monasteria puellarum.

V. Ut nullus in monasteria puellarum vel ancillarum Dei intrare presumat, nec Presbyter, nec Diaconus, nec Subdiaconus, vel Clericus, aut laicus, nisi tantum Presbyter ad Missam celebrandam tempore opportuno ingrediatur, salva necef- sitate monasterij secundum canonicam in-
stitutionem, & juxta quod Episcopus ip-
sius parochia ibidem ordinaverit. Pres-
byter autem Missa celebrata statim exeat.

Vt in monasteriis puellarum e.c. solum infantes nutriantur que in eo loco perseverantur sunt.

VI. Quicunque filiam suam aut nep-
tam aut parentem Deo omnipotenti of-
ferre voluerit, licentiam habeat. Sin au-
tem, domi infantes suos nutrit, & non

aliam infra monasteria mittere nutriendi
causa presumat nisi qua in ipso loco fir-
miter in Dei servitio perseverare voluerit,
vel secundum instituta sanctorum patrum
seu canonican auctoritatem.

*Vt masculi in monasteriis puellarum
non nutriantur.*

VII. Omnino prohibemus ut nullus
masculum filium aut nepotem vel paren-
tem suum in monasterio puellarum ad nu-
trientum commendare presumat, nec
quisquam ullum suscipere audeat.

*Vt arma in monasteriis puellarum non
deponantur.*

VIII. Ut nullus ex clericali ordine,
sacerdotes videlicet, aut alij Clerici, ne-
que laicus, brunes aut arma infra mona-
steria puellarum commendare presumant,
nec quisquam recipere audeat, excepto si
in eleemosyna datum fuerit.

CAPITVL A DATA PRESBYTERIS.

A dmonere vos cupio, fratres & filio-
li mei, ut ista pauca capitula, que hinc
scripta sunt, intentius audiatis.

I. In primis, ut sacerdos Dei de divina
scriptura doctus sit, & fidem Trinitatis re-
cè credat, & alias doceat; & suum offi-
cium bene posit implere.

II. Ut totum psalterium memoriter
teneat.

III. Ut signaculum & baptisterium
memoriter teneat.

IV. Ut de canonibus doctus sit, &
suum penitentiale bene sciat.

V. Ut cantum & compotum sciat.

VI. Ut nullus sacerdos feminas secum
habitare permittat; excepto matre, soro-
re, vel amita.

VII. Ut Presbyteri in tabernis bibere
non presumant.

VIII. Ut nullus avaritiam segetetur;
non sit superbus, non ebriosus, non vino-
lentus, nec somnolentus.

IX. Ut nullus presumat in cena Do-
mini jejunium solvere.

X. Ut nullus baptizare presumat nisi in
Pascha & Pentecosten, excepto infirmo.

XI. Ut nullus Presbyter nec Diaconus
nec Clericus christina alicui dare presu-
mat pro aliqua necessitate. Qui si hoc fe-
cerit, degradetur.

XII. Ut nullus Presbyter ad synodus
contemnat venire. Quod si aliter facere
presumpferit, coactus veniat, & secun-
dum canones judicetur.

PRÆCEPTVM DE SCHOLIS GRÆCIS ET LATINIS instituendis in Ecclesia Osnabrugensi, datum anno DCCCIV.

I N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Imperator augu-
stus, Romanum gubernans imperium, qui & Rex Francorum &
Langobardorum, necnon modò dominator & Saxonum. Notum sit
omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostris que presentibus scilicet &
futuris qualiter nos ob nostræ mercedis augmentum VVihoni Osnabru-
genfi Episcopo siveque Ecclesiæ, quam nos primam omnium in
Saxonia in honore sancti Petri principis Apostolorum & sanctorum mar-
tyrum Crispini & Crispiniani construximus, quoddam nemus vel fore.
Tom. I.

Dd